UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Archiloco ep[icop]o. Cap[itulum]. lxxviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶ De ſctõ Julio aphricano. Cap. lxxvij.

IUlius aphricanus: inter hiſtoriographos precipu⁹: vt ſcribit euſebius. Alexãdri et maximini ac gordiani imperatorum fulſit tẽporibus: q̃ ſanctitate et ſapiẽtia iſignis fuit ſcripſit enim ad ariſtidez de euangeliorum: que videtur diſſonantia: et de genealogiis q̃ a mattheo et luca diuerſe referunt cõpoſuit librũ. In quo ceterorũ opiniones a veritate diſcordes coarguit: et veriſſimã vtriuſqz coſonantiã eſſe demonſtrat. Chronicorũ de temporibus edidit libros: in quinqz volumĩnib⁹ diligenter admodũ et ſtudioſe cõpoſitis. Ad origenẽ ſcripſit epiſtola de eo quod in daniele legitur de ſuſanna q̃ſi in hebreis nõ hẽatur codicibus: ad quã origenes elegãtiſſime reſpondẽs ait: nequaq̃ iudeorũ adherẽdum fraudibus: ſed ſolũ q̃ ſeptuaginta iterpretes ſcribunt p veritate tenẽdũ. Hic ſub antonino auguſto dormiuit in dño. Hec hieronym⁹ de viris illuſtribus.

¶ De ſctõ Archiloco epõ. Cap. lxxviij.

ARchilocus ſiue archelaus meſopotãie epiſcopus tẽpore probi iperatoris floruit. Qui vita fuit clarus ⁊ doctrina conſpicuus. Librum eñ diſputatorium aduerſus manicheũ ſcripſit: in quo diſputationẽ ad ſenſuz cuz quodaz ex hereſi illa ſecũ habita ſyro ſermone explicauit. Qui in grecuz tranſlatus a multis habetur. Hic quoqz in eccl'ia ſua conditus in pace requieſcit. hec vbi ſupra.

¶ De ſancto Agrippa cõfeſſore. Cap. lxxix.

AGrippa cognomento caſtorius confeſſor ſanctus floruit alexandrie tempore adriani imperatoris. Qui vir doctus et ſapiẽtia inſignis aduerſus. ccccxxiiij. baſilidis heretici volumina q̃ in euangeliis confecerat ⁊ fidei noſtre veritati repugnabãt: fortiſſime ⁊ elegãti ſermone diſſeruit grandi libro catholicam credulitatem defendens. Hic apud alexandriaz non minoris vite ſanctitate q̃ doctrine veritate radians diem clauſit extremuz temporibus adriani imperatoris. hec hieronymus libro de illuſtribus.

¶ De ſancto Attico epõ. Cap. lxxx.

ATticus conſtantinopolitanus eps tempore archadij imperatoris apud ipam vrbem regiam clarus verbis et operibus fulſit. Qui ad eiuſdẽ principis filias de fide et virginitate egregiũ ſcripſit volumen. In quo neſtoriana dogmata repugnauit. Et apud eandẽ ciuitatem in chriſto quieſcit. hec gennadius.

¶ De ſancto Bacchilo epõ. Cap. lxxxi.

BAcchil⁹ corinthiorũ eps de quo euſebius eccleſiaſtice hiſtorie libro. v. cap. xxij. mentionẽ facit apud ipſaz corinthiorũ ciuitatez claruit tempore ſeueri iperatoris. Qui vir ſanctiſſim⁹ et ſapiẽtia p̃fulgens inſigniter inter cetera doctrine ſue opera: librorũ elegantem de paſcha ex perſonis omniũ epõrum: qui in achaia erant cõpoſuit et apud ipm oppidũ tumulatus in domino quieuit. Hec hieronymus.

¶ De ſancto Pholcate epõ. Cap. lxxxij.

PHolcas episcop⁹ et martyr apd egyptum paſſus eſt ſub pſecutione maximiani iperatoris. Eic egypti⁹ natione de ciuitate tampnis: vir genere nobilis et opũ non modicarũ: eiuſdem ciuitatis epa tum hũiliter ſucceſſit. Qui ſapiẽtia illuſtris volumen elegantiſſimũ de martyrũ laude cõpoſuit: de ſemetipſo in eorum nũero futuro diuinitus vaticinãs. Nam euz ebuliente maximiani perſecutione ab infidelibus tentus idolis immolare renuiſſet: pro chriſti confeſſione capite truncat⁹ et apud eandẽ vrbem a chriſtianis conditus eſt.

¶ De ſaucto Fetitio epõ. Cap. lxxxiij.

FEtitius eduenſis epiſcopus apd ipſaz floruit ciuitatẽ Hic vita puriſſima ⁊ doctrina fulgida fame in gallia celebris in canticis cãticorũ cõmẽtarios edidit inſignes: aduerſus quoqz nouatianũ grande cõpilauit volumen: cõſtantiniqz magni tẽporibus in ipſa ciuitate fatis terminum ponens tumulatus iacet. Hec vbi ſupra.